Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

seruo: die tue: et erue
nos in mirabilibus tu
is: et da gloriam nomi
ni tuo dñe: et confundã
tur omnes qui ostendunt
seruis tuis mala. Con
fundantur in omnipo
tentia sua et cohure
ur conuertatur et sa
uat quia tu es omnis de
us solus et gloriosus su
per omnem terram: dñe
deus noster. GE. Tollite
holocaustum et introite in
atria eius: adorate dñm
in aula sancta eius. ℣. Re
uelamini omnes condemnati
in templo eius omnes di
cent gloriam. Lucam
In illo tp. Rogabat
ihesum quidam phariseus
ut manducaret cum il
lo. Et ingressus do
mum phariseiꝰ discubuit.
Et ecce mulier quae erat
in ciuitate peccatrix:
ut cognouit quod accu
buit in domo phariseiꝰ:
attulit alabastrum
unguenti: et stans re
tro secus pedes eius:
lacrimis cepit rigare
pedes eius et capillis
capitis sui tergebat.
Et osculabatur pedes
eius: et unguento un
gebat. Videns autem phi
seus qui vocauit eum:
ait intra se dicens. Hic
si esset propheta sciret u
tique quae et qualis est
mulier quae tangit eum
quia peccatrix est. Et
respondens dixit ad illum.